



CANDIDO LECTORI.

NTIBI JAM IN CONspectusunt, quæ in Musæo Stradii, veluti in tenebris erant. Ut eter, fruere, non contemplare modò. Nam si paulò penitus introspexeris; videbis, non tam oculos quam animum pasci, quod magnis illis viris propositum est: qui arguta brevitate, ingentia volmina superant: Et Solex quo quandoq; radio specum collustrat, pateat licet longè ac latè; ita animum totum corripunt, ac fugatis errorum tenebris, vera pietate, solida virtute imbuunt. Distinguere necessarium non est, quæ discrimina in proscenio cernis. Et ex ipso illo indice satis apparet, non è trivio lecta, quæ abs Antiquario Cæsaris, magno studio, industria, Et opere collecta. Igitur non commendo tibi, quæ prima facie arrident tibi: Et per oculos mentem sincero amore subeunt, placere enim non possunt non animis ingenuis suaptenatura, Ego verò quid accendam te amore eius, cuius desiderio video te conflagrare? Quamobrem vale, Et, uti dicebam, fruere munere, cuius utilitas cum voluptate certat. Si integratum sensero, majora non, sed alia atq; alia meditabor.

IDE M EIDEM.

NOn me fefellit meum, de sententia tua, judicium. Ita ubertim distrahuntur Symbola, quæ ego contraxi, Et quasi in acervum, tanto studio atq; sollicitudine coacervavi. Sed quod multisint, qui que vident, scire cupiant, ut in Prothyromagna beatæq; domus, scita emblemata,

A 2 Et in-

AD LECTOREM.

*E*s ingeniosas imagines; nec habeant quem percundentur
semper; inservitum est, non paucorum, sed omnium commo-
dis, atq[ue] honesto desiderio. Revocato enim sub incudem operi
Isagogen adjunxi, ut semper habeas, cum Mysteriis Mysta-
gogum: *E*t me simul intelligas, tu a benevolentia studi-
osiorum esse, quam quæstus mei. Iterum va-
le. Praga, ipsis Dionysii. An-
no primi huius se-
culi.



GRATIAS

Hiero-

Hierographia.

Nobis est significatio rei aut personaē sacratior: notis, aut litteris: non tām expressa, quām impressa.

S A C R A T I O R.

Dicitur, non tantū quōd inventio sacra sit: aut res ipsa
Paganis omnes ferē sacræ, imō plerunq; ritu divino
habitæ; sed quod mysteriorum instar,
plus abdant, quam promant.

N O T I S.

Picta, sculpta, celata intelligimus.

L I T E R I S.

Scripta, Scribuntur Literæ, Syllabæ, Voces, Sententiaz.

Dividimus igitur Hierographiam

In { Hieroglyphicon & Symbola } Id est { Picturam & Scripturam,

Hac annotasse distinctionis causa sufficerit.

Quæ duobus libris ad Imper. Rudolphum II. scripsimus.



A 3 INDEX